



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 76. Galliarum Rex ob Eugenii exauctorationem graviter adversus  
Basileenses conquestus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Constat.  
us est.  
  
Papa.  
  
fideles  
antur,  
dem am-  
adhae-  
chismatis  
nonomu-  
  
In hoc  
os nominis  
Pontificis  
ant, depon-  
Ecclesie  
rjuris, in-  
eticus, in-  
orum Ec-  
ii Pontificis  
odo inuti-  
r subjur-  
s, Eugenius  
digitorum  
Sello ut  
quo-  
  
idiae Duce  
ad Conci-  
as Sylvius

quodammodo numerosior evaderet, ad secul. XV.  
eam ex Sabaudia evocati fuere Epis- A.C. 1439.  
copi. Nec leviter transeundum cen-  
semus, haec omnia Basileæ eadem die  
gesta fuisse, qua Florentiis utriusque Ec-  
clesiæ Orientalis, & Occidentalis unitas  
conclusa esset (\*).

### §. LXXVI.

#### *Rex Galliæ ob Eugenii depositionem graviter adversus Basileenses conquestus.*

Non multo post Basileenses ad omnes *Patrit. loc.*  
Christiani orbis Principes decreverunt nuncios, per quos Eugenii depositio  
promulgaretur, eorumque opera hoc de-  
cretum executioni mandaretur. Verum  
vix hoc consilium conceperant, cum lite-  
ræ Regis Francorum deferuntur, quibus  
ille graviter querebatur, quod non tan-  
tum morem non gessissent suis precibus,  
atque monitis, quibus eos adhortatus es-  
set, ne judicij acta adversus Eugenium  
prosequerentur, sed insuper, ut inquietabat,  
hac agendi ratione pacem a Principibus

Kk 5

fervi-

(\*) Ibi tamen eodem ipso die & anno  
utramque Ecclesiam Orientalem, & Occiden-  
talem felici unitatis vinculo Eugenius copula-  
vit, uti Basileenses Latinam Ecclesiam novo  
schismate scindere moliebantur.

Sæcul. XV. servidis adeo votis expeditam propulsam  
A.C. 1429 tentassent. Præterea eos obtestatur Re-

ne ulterius quicquam in Eugenium  
tentarent, sed sententiam pronuncian-  
different, donec opportuna reddenda po-  
cis media suppeterent. Reposuere Bas-  
ileenses, Regem paulo post per Synodi Le-  
gatos percepturum, quid hac in re ge-  
stum esset, nec dubitare se, quin Re-  
Christianissimus oninia meliorem in pa-  
tem acceptaturus esset, eo vel maxime,  
quod alia media proficia pro gre-  
ce restituenda haud inveniri potuerunt,  
quam si demum Ecclesia integræ sua li-  
bertati redderetur. Quapropter obtin-  
ri fe Regem, ut Regni sui Prælatos in  
Concilium decerneret, de negotiis eccl-  
esiasticis deliberaturos. Reperimus in-  
per in quodam Codice manuscripto Bi-  
bliothecæ S. Victoris responcionem, quam  
Basileenses dederunt ad literas a Rege  
Angliæ pro defensione Eugenii etiam ante  
ejusdem exauctorationem scriptas.  
In illa pariter excusant ea, quæ hoc in  
confessu gesta fuissent, rogantque Re-  
gem, ut non prius Synodi acta damna-  
re vellet, quam rationes Patrum audi-  
set. Denique & Albertum Imperatorem,  
ceterosque Germaniæ Principes ob ean-  
dem caussam cum Basileensibus expo-  
lasse constat.

§. LXXVII.